



**Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1863**

De S. Marciana, Virgine Martyre. Cæsareæ In Mauritania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](#)

EX VARIIS.

quoque Fortunati, et Saturnini statuantur in Martyrol. ms. S. Hieronymi. In Kalendario Mediolanensi coluntur SS. Vitalis et Saturninus Martires. Sed Smyrnæ sint, an Africani, an alii, non liquet. Recovatus, Firmus, Possessor cum duobus sociis, in

martyrologio S. Hieronymi iterum x Januarii referuntur, iidemne an ab his diversi, quis e solis nominibus judicabit? ms. Rhinow eodem x die: In Sirmis Revocati. In Africa Firmi. Quid illud Sirmis? an Smyrnæ, an Sirmii?

## DE S. MARCIANA, VIRGINE MARTYRE. CÆSAREÆ IN MAURITANIA.

SUB  
DIOCLETIANO.  
IX JANUARII.

**A**cta S. Marcianæ vulgata sunt hactenus a Bonino Mombrizio tom. 2. Zacharia Lippeloo tom 1, de vitiis Sanctorum, Auctore Agonum Martyrum edit. Parisiis, Vincentius Bellavencensi lib. 13, speculi historialis cap. 36 et 37. Petro de Natalibus lib. 2, c. 38, et Italice a Silvano Razzi tom. 1, de vitiis illustrium feminarum, sed in compendium contracta. Eadem ex veteri ms. submisit nobis Parisis vir humanissimus Andreas Duchesnius, quae hic edimus, collata cum ms. S. Marciæ de Ripatorio, et citatis ante auctoribus. Extant eadem mss. in codice membraneo ac pervetus bibliotheca monasterii S. Bernardi extra muros Toletanos, e quibus partem hujus historiarum allegat Franciscus Bivarius in suis ad L. Dextri Chronicon commentariis ad an. Chr. clv. Addimus Actis hymnum sacrum, quem ex Breviario Gothico Ecclesiæ Toletanae refert idem Bivarius, qui per omnia ipsis actis concordat. Citantr etiam a Baronio in Notis ad xii Julii, præter hunc hymnum, ex eodem Breviario capitula quibus etiam martyrum egregie describatur, quæ non vidimus.

**2** Quæ circa hæc S. Marcianæ Acta controvequeunt, isthæc fere sunt: E qua regione fuerit oriunda, quo loco ac tempore martyrum subierit. Razzie Suevia nescio quæ, oriundam scribit, non probat. Insuegritana appellatur a Petro de Natalibus, et Vincentio Bellavencensi. Suegritana, a Mombritio. Rusuegritana in ms. Duchesnius, quæ coincidunt; et forte Rusuecuritana legendum. Est enim Rusuecuritanus Episcopus in Mauritania Cæsariensi, ex quo ad Collationem Carthaginensem anno Christi cdxI convenerunt Fortunatus Episcopus Catholicus, et Optatus Donatista, de quibus agitur cognitione i. cap. 133 et 176. Et ab Hunnerico Rege Wandalarum ejectus in exilium Mercurius Episcopus Catholicus Rusuecuritanus anno colxxxiv, ut indicat Notitia Provinciarum Africæ a Jacobo Sirmondo edita.

**3** Hæc e vicino martyrii loco probabiliora sunt. Legitur enim in Actis Cæsaream venisse, ibidem vixisse, et obisse. Est autem Cæsarea hac totius Mauritaniae Cæsariensis metropolis, cuius meminervit Plinius, Ptolemaeus, Mela, nummi Claudi apud Ortelium, Possidonius in vita S. Augustini. Ejus Episcopus Catholicus Doutrius fuit in collatione Carthaginensi, et refertur cognit. i, cap. 142. Memoratur infra hujus Cæsareae portæ Typasitasina; quo loco Tipasitanus forte est legendum, ab aliquo vicino oppido, cum Tipasitanus Episcopus Reparatus ab Hunnerico in exilium missus, e provincia Mauritaniae Cæsariensis fuit, in citata Notitia.

**4** De hac Cæsarea Mauritaniae agunt omnia passim Martyrologia, in quibus hoc ix Januarii refertur S. Marciana. Vetus Martyrol. Romanum, Beda, omnia quæ vidimus Usuardi excusa et mss. exemplaria (præter duo maxime authenticæ monasterii S. Germani de Pratis Ado, Bellinus: ix Januarii: In Mauritania Cæsariensi Marcianæ (vetus Rom. Martyrol. Macræ, Usuardi editio Paris. anni 1536, Martinianæ) Virginis et Martyris. Notkerus: In Mauritania, civitate Cæsariensi, passio S. Marcianæ Virginis et Martyris. Maurovulus: In Mauritania Cæsariensi S. Marcianæ Virginis et Martyris, feris expositæ, et a leopardo disceptæ. Martyrologium Romanum: In Mauritania Cæsariensi S. Marcianæ Virginis, quæ bestiis tradita mar-

tyrium consummavit. In nonnullis Kalendarii habetur Martialis Virgo. Legitur et Martialis in Martyrol. ms. S. Hieronymi. Num Marciana ea sit, nolumus conidere.

**5** De tempore martyrii silent Acta. Ad decimum sub quando' obiectio Diocletiano et Maximiano motam persecutionem reffere rit. videtur Vinc. Bellavencensis. Et consentit Galesinius: In Mauritania Cæsariensi, inquit, S. Marcianæ Virginis et Martyris, quæ Diocletiano Imperatore bestiis exposita, demum a leopardo dilacerata, in summa fidei constantia ad martyrii et virginitatis præmium abiit in cælum, et in Notationibus: Coronatur anno Domini ccc, Diocletiano viii et Maximiano viii Coss. Eadem leguntur in Martyrologio Germanico. Sed anno præcedenti, id est, ccxcix Consules fuerunt Diocletianus vii, Maximianus vi. In Florario ms. sub Licinio Imperatore passus dicitur, sub Judice Baudario an. Ch. ccvii, quod erat et ms. Adonis Martyrologio monasterii S. Laurentii Leodii ad marginem adscriptum, antiqua tamen manu. Hic Baudarius in Actis Budarius appellatur, et potius Judicus assessor fuit quam Judge.

**6** xi Julii referunt eamdem duo vetustissima exemplaria mss. Usuardi, monasterii S. Germani de Pratis: In Mauritania Cæsariensi S. Marcianæ Virginis et Martyris. Eadem habent Martyrologia mss. S. Marciæ Ultrajecti, S. Gudilæ Bruxellis, et Bavarium Beda nomen præferens. Nonnullis Maria dicuntur. Ita eodem die Martyrol. ms. S. Donatiani Brugis. In Mauritania Cæsariensi S. Mariae Virginis et Martyris. Carthaginianæ Colonien. in Addit. ad Usuard. Apud Cæsaream Mauritaniae passio S. Marie virginis, quæ sub Budari passa est. Martyrol. ms. S. Maximini, Adonis S. Laurentii Leodii, et Floriarum clarissimam Marcianam sub Maria nomine exprimit, his verbis: Eodem die in Cæsarea Mauritaniae, passio S. Mariae Virginis, quæ leonem ferociissimum vicit, et ad stipitem ligata, a tauri feroci percussa in mammilla cruento perfusa est: ad ultimum a leopardo uno morsu evulsa anima de corpore exiit. Martyrol. ms. S. Hieronymi: In Mauritania civitate Cæsarea Marciani, quo loco Marcianæ nomen censemus reponendum. Et quidem in Idus Julias occubuisse Marcianam habet ms. Duchesni, alia vero v Id. Januar.

**7** xii Julii in Martyrologio Romano ista leguntur: Toleti 12 juli. Toleti S. Marcianæ Virginis et Martyris, quæ profide Christi bestiis objecta, atque a tauru discripta, martyrio coronatur. Ejus in nullo alio Martyrologio mentionem odi reperimus. Citantr in Notis Breviarium Toletanum, putatque die uno Natalem, altero translationem illius agi. Franciscus Bivarius in commentariis ad Dextri Chronicon, putat duas diversas esse Marcianas; et hanc quidem, quæ xii Julii celebretur, esse Catellii filiam, S. Quiterię sororem, citatque illa verba Juliani in Chronico: Marciana passa est Toleti anno clv, aliquanto post sorores xii Julii, et infra. Mentio fit alterius Marcianæ in Martyrologiis, et licet obierit a tauri dilacerata, tamen hæc altera longe vetustior est. Dextri Chronicon anno Christi clv, ista habet: Toleti patitur S. Marciana filia Catellii Reguli Lusitanie, sororque octo alliarum Virginum, Ælio et Laterano Coss. Hunc restituit Bivarius cum in exemplari editionis Cæsaraugustanae legeretur Licentius Cos. et annus Christi 253. Queritur idem in commentariis, hujus Acta, Africanæ Marcianæ attributa. Verum quo Hispaniensi

Ex Mauritanie oriunda.

Martyrium passa Cæsarea Mauritaniae.

Nomen in  
Martyrolo-  
giis.

Cotitur ab  
ab aliis 11 Ju-  
lii.

Toleti 12 juli.

An ab hac  
Afra diversa.

Ex mss.

*Hispanensi potius quam Mauritanæ ea convenire convinat, nihil profert, et quæ in Actis expressa sunt loca, ad Africam pertinere ostendunt. Sed Bavarus in Actis ex ms. cenobii S. Bernardi prope Toletum, quæ suo instituto repugnabant, omisit.*

*8 Ludovicus de Anjos in vita Sanctarum et illustrium Lusitanorum, beneficio Fla. Dextri reperti Marcianam Lusitaniam vindicat, cuius nomen testatur mulieribus isthic crebro imponi sole. Verum quod asserat ix, eam Januarii celebrari, hæc eadem videtur, quæ in Mauritania passa est. Marietta quoque lib. 4, de Sanctis Hispanie, cap. 60, Marcianam Virginem et Martyrem hoc ix Januarii coli resert, eamque ex Hispania oriundam. Ita se legere, apud Cardinalem Baronium in Notis ad Martyrol. Romanum; reliqua ignorari, tempus nimurum, locum, genusque martyrii. Sed quam parum hæc considerate scripta sint, loca Baronii satis indicant. De sorore S. Quiterie, alibi agemus.*

## ACTA

*Ex ms. Andreæ du Chesne.**a S. Marciana pie vivit.**b**Diana statuam evertit.**c**Ultro Christum in iudicio confitetur.**Matth. 4. 10.**Prostituta gladiatoriibus ter se junxit muro divinitus constructo.*

**E**rat beata Marciana civis a Russeguritani municipii, virgo pulcherrima, Deo dicata, nobilis gener; quæ contemptis divitiis ad Cæsaream veniens, accola in cellula sua castitatem custodiens habitabat, et mundanæ conversationis ambitiones et b delicias fugiebat. Quadam die visandæ civitatis gratia processit ad publicum, populares incipiens videre conventus, et ignotam se turbis ambulantibus aggregavit. Ante cœrus sedenti vocabantur, et sunt proximi portæ d Typasitasinae. In ipsa platea Diana in mar morea stabat statua, sub cuius pedibus aqua per lapides decurrebat in patena marmorea. Quid profanum simulachrum B. Marciana videns, stare non passa est. Nam truncato capite totam confregit e statuam.

**2** Quod ubi nefarii f municipes aspergerunt, statim furore vesano eam cæde maceraverunt, et totum corpus delicate pueræ livoribus infecerunt. Sed ubi ad martyrium robusta membra conspicuit, cum magnis clamoribus usque ad ipsa atria prætorii congregatis cœdibus devotam Deo virginem prostraxerunt. Statim pro tribunali inter catnives sistitur, et ad spectaculum sacrilegæ questionis aptatur. Ante interrogacionem Judicis Deum confessa est, et inania figmenta damnavit: Nolite, inquit, Deos colere, quos faber artifex fecit ex ligno, aut marmore, aut auro, aut argento, vel ex quolibet metallo. Dii vestri manu hominum facti sunt, et ab ipsis hominibus venerantur. Convertimini ad Deum vivum, qui est creator omnium rerum. Vana simulacra contemnit; scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies.

**3** Iratus Judex talibus dictis, Virginem Deo dicatam, quæstionarium manibus alapis caesam, in ludo gladiatorio jussit includi: Tradatur, inquit, uni, et serviat plurimis: ut illic et corpus et pertinax animus puniatur. Gaudens beata virgo Marciana ad custodiad venit. Non territa est sola inter tot viros furentes, quia pudicitiam suam Deo custode servabat. Erat unus inter gladiatores nomine Flammeus; huic tradita est, ut captivitatem pudoris nocturno tempore sustineret. Eadem nocte dormientibus cunctis omnibus horis orationem faciens vigilabat. Sed gladiator ille, nomine Flammeus, dum per tenebras ad cubile virginis venire contendit, subito paries angularis lapidea mole constructus est; et gladiator ille suo deceptus errore usque ad matutinam lucem Deo interdicente Virginem non permisus est invenire. Mane autem facto gladiator cum lacrymis regare coepit, ut ei veniam daret, et pro eo a Domino veniam peteret, ut de ludo gladiatorio vivus evaderet. Cui sancta Martyr Marciana respondit: Deus meus, qui ancillæ

sue castitatem tueri dignatus est, te eo die quo martyrium sumpsero liberabit. Alia die illud parietis interpositi miraculum omnes populi loquebantur. Qui seruo usque ad aures Judicis venit. Confestim furore succensus, mutari jubet alterum. Traditur alii, et ipsum similiter paries natus a sancto corpore separavit. Tertia die traditur impudico euidam, natione barbaro, colore nigro, membris valido, gladiatori crudelissimo, veluti in carcere Christi sponsa nuptura. Simile more dum per nocturnas tenebras hostis ille eam conatur opprimere, soliti parietis murus se interposuit, et audaciam feralis gladiatoris repulit et exclusit. Alia die mirabilia Dei et omnis populus et ipse Judex evidenter expavit, et se ab illo ludibrio deprædandas virginitatis abstinuit.

**4** Cœpit jam secura virgo de Deo, totam se depudare martyrio. Quadam die in illo ludo inter gladiatores lanista proponitur, et lethalis ictus vulneris edocetur. Subito de g Budarius Archisynagogi domo, quæ in vicino fuerat, ab ejus filia vel filiis, vel aliquantorum Iudeorum vocibus gravissima exacerbatur injuria, ut Prophetæ voce cogeretur precari divinas insultantibus flammæ: Hæc domus, inquit, caelesti incendio ardet, ut in perpetuum reparari non possit, et lapis ipsius ruinas omnibus adficiis, ubi fuerit, semipernam præstet ruinam.

**5** Tandem aliquando h in Idus Januarii, exoptata passionis dies venit. Primo mane dum gladiatores de more ornati de i ludo descenderent in arenam, ut dicta Martyris completerentur, gladiator ille, Flammeus nomine, ex spectaculorum populorum vocibus fidelem de more accipiens libertatem. Sed multitudine, quæ ad spectaculum confluxerat, clamare cœpit ut Marciana Martyr objiceretur ad feras. Ligatur ad stipitem devota Christi virgo; et dimissus est leo ferociusissimus, qui cum magno impetu veniens erectas manus in puella pectus imposuit; sanctum corpus Martyris odoratus, eam ultra non contigit. Omnis pene populus mirari cœpit, et Christianam pueram dicere dimittendum. Sed Budarius cum filiis suis et aliquantis Iudeis, quos ad studium clamoris collegerat, in seditionem vociferantur, ut taurum Judex produci præcipere. Quo facto, injectus cornibus percussit eam graviter in papillam. Statim de beato corpore crux exclusus est, et semaninis cecidit in terram. Recepta est intra portarum claustra, et ad aliam corone pugnam siccato sanguine revocatur. Tertia vice ad stipitem ligatur. Quæ exclamans, ait: Christe, te video, te sequor, suscipe animam famulæ: tu mecum fuisti in carcere; tu meam servare dignatus es castitatem. Judex autem amplius irascitur. Tunc feram homicidiam produci jubet. Producitur leopardus ingentissimus et crudelis. Qui exiliens uno morsu evulsa pene omnium membrorum cute, animam Martyris coegerit exire, quæ continuo meruit ad celos ascendere.

**6** At ubi devota Virginis exivit spiritus a corpore, eo temporis puncto Budarius k blasphemæ domus, cum omnibus qui ibidem fuerant, divino arsit incendio. Nam etiam a l Iudeis frequenter domus eadem aedificari tentata est, et semper recidit in ruinam. Multi etiam qui ad structuram saxa collegant, portare magis sibi visi sunt ad sepulturam. Manet usque hodie de illa domo æterna Martyris beatæ sententia, et in avum mansura perdurat. Beata Martyr Marciana contempta divitiarum potentia de mundo transivit ad martyrium, de ludo gladiatorio ascendit ad cælum, et consortium meruit Angelorum, cum quibus beata vivit in perpetuum seculum. Amen.

*a Ruscuritanæ forte legendum, ut supra dictum n. 2, Mombræ in Mauritania Sueguritano. Vincent. et Pet. de Natal. Insurgitani. b ms. du Chesne divitias.*

*c Idem ms. arches. neutrum sat assequimur.*

*d Forte Tripasitanæ.*

*e Patres Concilii Elberitani an. Ch. ccv statuerunt can. 60.*

*g Irridetur  
Iudeis.**h**i Objecta leoni  
non levitatur.**A tauru vul-  
neratur.**A leopardu  
occiditur.**k**Domus Judæi  
celitus com-  
buritur,**l**nec potest  
rexdificari.*

EX VARIIS.

Si idola fregerit, et ibidem fuerit occisus, in numerum eum Martyrum non recipi. Verum, ut bene observat Baronius ad ix Aprilis, hanc laudem meretur quis, cum Deus id jubet, et privato quodam instinctu ad illud faciendum impellit: uti multos alios fecisse constat, quod hanc ante illud Concilium in Africa fecit. f ms. Du Chesne mancipes.  
g Razzi Bindarium appellat. Florar. ms. et Ado ms. S. Laurentii Leodii Baudarum.  
h Mombrit. Idibus Januarii, Du Chesne v Idus Julias.  
i Altii gymnasio. k Al. blasphemæ domus.  
l ms. canobii S. Bernardi prope Toletum; a Judæis, Budarri parentibus.

## VETUS HYMNAS DE S. MARCIANA.

Ex Breviario Ecclesiæ Toletanæ.

**S**acrae triumphum Martyris  
Celebret vox Ecclesiae:  
Cameona sit cunctis una,  
Marcianæ in laudem Virginis.

Ejus gesta.  
Quæ passionis præmium,  
Dum tendit, adipiscitur:  
Ultro ad palestram gloriæ  
Audeat prompta concurrere.  
Hæc namque astantem dæmonis  
Cernens, adlisis effigiem;  
Sub cuius larga perpetim  
Fluebat unda gressibus.  
Mox flagris cæsa, trahitur  
Celsa ad Praetoris atria:

Atque ludis a illicitis  
Prosternit membra Virginis.  
Quam prædo pudicitiae  
Dum inter umbras sequitur,  
Oblata extemplo calitus  
Secluditur maceria,

Vincta deinde stipe,  
Profana voce includitur:  
Sed pœnas fert b blasphemia,  
Ruinas, et incendia.

Emissa namque bestiis,  
Leo percurrit percitus,  
Adoraturus veniens,  
Non comedatur Virginem.

Taurus dehinc prosiliens,  
Forma et mugiti horribili,  
Sulcabit ejus teneras  
Papillas iætu vulnerans.  
At fera pernix corpore,  
Et maculoso tegmine,  
Lethali dente ad ultimum  
Membra puella laniat.

Post hos triumphos anima  
Vincis elapsa corporis,  
Plaudens petit ad libera  
Summi poli fastigia.

a Al. Ædilibus  
inquit Biava-  
rius.

b Budarii  
nimirun.

DE SANCTIS MARTYRIBUS  
JULIANO, BASILISSA, CELSO, MARCIONILLA,  
ANTONIO PRESBYTERO, ANASTASIO, VII PUEBIS FRATRIBUS,  
XX MILITIBUS, QUODAM AMICO PRÆSIDIS, QUAMPLURIMIS  
EPISCOPIS, SACERDOTIBUS,  
MINISTRIS ECCLESIAE, MONACHIS, VIRGINIBUS.

## § I. De S. Juliani Actis.

SUB DIOCLET.  
XI JANUARI.

Joan. 14. 12.

Acta Martyrum mirabilis plena.

Iux ab Au-  
ctore coxta-  
neo conscrip-  
tia.

**C**um cerneret Dei Filius grave Apostolis immi-  
nere, ex suæ mortis infamia, periculum scandali;  
ita eorum in ultima cena confirmavit animos, ut vel  
propter opera ipsa credere; certò quoque confidere,  
fore ut quotquot constanti sibi fide adhærenter, eadem,  
adeoque et majora, essent edituri. Quæ cum omni ætate,  
ac presertim Heroicis illis, adversus Tartareum ser-  
pentem depugnatis in ipsis fere cenis suis, Ecclesia  
temporibus, impleta sunt; tum præcipue Diocletianum et  
Maximianum atroci ac cruenta persecutione tot sunt ac  
tanta patrata a sanctis Martyribus portenta, ut non  
haereticī modo, sed et Catholici non pauci, acri cetera  
judicio viri, existimant prope supra fidem esse quæ  
de multis narrantur. Sic dæmon nimirum confundi  
prodigiōrum inanum jactator, sic expugnari aut certe  
convinci hominum contumacia, sic Christi asseri gloria  
debut. Illustra comprimis S. Juliani et sociorum  
miracula ac certamina fuere; ut merito miram eorum  
passionem dixerit Usuardus.

2 Acta antiquissima extant, et ab iis, qui interfuerū  
conscripta, uti haec in præfatione num. 1, indicant: Nos  
que vidimus oculis nostris, Sanctorum gesta scripti-  
mus. Unde nobis aliquam portiunculam beatitudinis  
credimus esse futuram. Superfuit scriptor, dum, pace  
Ecclesiæ restituta, sub Magno Constantino, varia Martyribus hisce extrarerunt tempa, ut in fine nu. 63,  
dicitur; nisi ea ab aliquo dehinc eos adjecta. Acta porro  
illa, quacunque primum lingua conscripta sint, proximis  
sacculis Graece Latineque passim vulgata sunt, extantque  
in plerisque antiquis mss. E quibus olim a Mombritio  
edita, sed divulsa, sub Juliani ac Basilissa tom. 2, et

sub S. Celsi Romani nomine tom. 1. Nos ea damus, ex  
perpetueto codice ms. quem cum alio itidem perantiquo a  
M. Velsero ad Rosweydem nostrum missio, sed plurimis  
in locis mutilo, contulimus, itemque cum mss. S. Maxi-  
mini, S. Audomari, S. Bertini, S. Mariæ de Ripatio-  
rio, et Lætensi, in quorum aliquibus phrasis subinde  
diversa, quædam contractus expressa, non sine ingenti  
quandoque hiatu. Metaphrastes eadem Græce suis tra-  
ctatibus de vita Sanctorum inseruit, quorum solum par-  
tem tribus prioribus capitibus comprehensam Alojusius  
Lipomanus Latine versam edidit tomo 7, vitarum San-  
ctorum, nam reliqua in eis Græco exemplari dearent.  
Ex Lipomano eam partem edidit Surius, adjecitque re-  
liqua ex codicibus mss. in quibus tamen stylum mutavit.  
Nos primogenio stylo integra ex mss. citatis damus; a Unde hic  
quibus via sententia discrepat Metaphrastes. Eadem in edantur.  
veteri ms. se habuisse notat Baronius ad Martyrol.  
Romam. et Galesinus, duos testatur perantiquos co-  
dices mss. in Ecclesia Mediolanensi reperiri, quibus  
tota horum Martyrium vita accurate narratur.

3 Cum his Actis omnia passim concordant martyro-  
logia, antiqua Breviaria, et Græcorum Menœa, quæ  
SS sequentibus fusus citamus, quo fides historia tam  
mirabili certior constet. Adjunximus in eundem finem,  
quæ de eisdem S. Aldelmu Episcopus Schireburnensis  
in Anglia (cujus vitam dabimus xxv Maii) ante mille  
fere annos conscripsit soluta oratione lib. 1, de Virginite  
cap. 42, omissis quæ ab eodem lib. 1, de laude Vir-  
ginum, c. 26, carmine Heroico enarrantur. Extat hic  
de Virginitate liber in monumentis Sanctorum Patrum  
orthodoxographis Basileæ an. 1369, excusis, tomo 5,  
Latinorum, sed vitiosus admodum. Accuratio tom. 4,  
bibliotheca SS. Patrum in prima editione Parisiensi et  
to. 3 ,edit. 2 et 3. Paris. et seculo 8, edit. Coloniensis  
cum